

2033 C. Cantonio Uco . . . | aed.¹, et Iuliae Bard[i f.] | Eliomarae uxori, e[*t*] | C. Cantonio C. f. Cond. . . | no., et Ti. Cantonio [C. f.] | Montano mil. coh. I . . . | stip. V, et L. Cantonio Mu . . . | mil. coh. XI praet.², et Iuliae C . . . | v. f. s. et s.

Feistritz extra S. Viti opp. rep. pertinet ad Virunum (III 4858 vidit Mommsen). — 1) *De filiis magistratum Virunensium in praetorio militantium dixit O. Bohn die Heimat der Prätorianer p. 9.* — 2) *Cf. N. 2054 not. 2.*

2034 C. Vedennius C. f. | Qui. Moderatus Antio, | milit. in leg. XVI Gal.¹ a. X, | tranlat. (*sic*) in coh. IX pr.², | in qua milit. ann. VIII, | missus honesta mission.³, | revoc. ab imp. fact. evoc. Aug., | architect. armament. imp.⁴, | evoc. ann. XXIII, | donis militarib. donat. | bis, ab divo Vesp. et | imp. Domitiano Aug. Germ.⁵ | (*In lateribus amussis et norma*).

Romae rep. ad viam Nomentanam (VI 2725 vidit Henzen). — 1) *Legio decima sexta Gallica fuit ex iis quae a. 69 Vitellium imperatorem fecerunt et quarum partes eum in Italiam secutae sunt; post annum 70 non memoratur.* — 2) *Multos ex legionariis Vitellium secutis urbanae militiae adscriptos esse, narrat Tacitus hist. 2, 94. Ex his militibus Vitellianis videntur fuisse et hic et qui infra N. 2035. 2036 (Mommsen Herm. 14 p. 32; O. Bohn die Heimat der Prätorianer p. 12).* — 3) *Retentus igitur est a Vespasiano (cf. Tac. hist. 4, 46) nec dimissus nisi post duodeviginti stipendia, anno ut videtur 77.* — 4) *Revocatus ab imperatore factus est evocatus Augusti, quo tempore functus est officio architecti armamentarii imperatoris (cf. Mo. eph. 5 p. 150).* — 5) *Si vere evocatus fuit per annos viginti tres, titulus scriptus est non ante annum 100, id est sub Traiano; unde mirum est, Domitianum cum honore nominari.*

2035 d. m. | Q. Manlius¹ Q. f. Cam. | Severus | Alba Pompeia veter., | v. a. XLII m. II d. VII, | traslatus ex leg. XXII | Primig. in praet. chor. VII², | in q. permilitavit ann. XV, | missus honesta missione, | Q. Manlius¹ Epaphroditus | lib. patrono pientissimo | bene merenti fecit et sibi | et suis posterisq. eorum.

Romae (VI 2649 semel descripta saec. XV). — 1) *Videtur scribendum esse Mantius (cf. C. VIII 4859 cum nota Wilmannsi).* — 2) *Traslatus in praetorium est a Vitellio, ut observavit O. Bohn die Heimat der Prätorianer p. 12.*

2036 C. Atilius | C. f. Rom. | Crescens | militavit leg. IV¹ | annis VIII, | traiectus in | praetorium² | coh. V pr., | militavit ann. III.

Romae rep. ad portam Pincianam (VI 2358 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) *Fidetur significari legio quarta Macedonica.* — 2) *Cum etiam legio quarta Macedonica fuerit ex Vitellianis, etiam hic videtur inter praetorianos adlectus esse a. 69.*

2037 (*imago militis*) d. m. | C. Maccenio Vibio mil. coh. I pr. 7 | Primitivi, vix ann. LV, mil. in leg. X | Gem. ann. VIII, ind. tral. in pr.¹ mil. an. XIII, | Ulpia Valentina coiugi | karissimo b. m. f., cura agente, | demandatum fratri ex tes[tamento, Maccenio Crispino | evok. Aug. n.